22

SCHOLARVM

TVM PVBLICARVM TVM PRIVATARVM

IN ACADEMIA MARBVRGENSI

PER

SEMESTRE HYBERNVM

ANNO cIↃ IↃ CCLI.

HABENDARVM

TABVLA.

TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI

ACADEM. TYPOGR.

(anz in VIII A 1166)

Marburg 1751

PRORECTOR ACADEMIAE MARBVRGENSIS

IOH. GVILIELMVS KRAFFT

SS. THEOLOG. DOCT. ET PROF. PVBL. O.

ALVMNORVM PRINCIPALIVM EPHORVS

SVI ORDINIS H. A. DECANVS

VNA CVM

PROCANCELLARIO

ET PROFESSORIBVS RELIQVIS

S. D.

CIVIBVS.

INSTITVTIONES THEOLOGICAE.

FRANCISCVS VLRICVS RIES, SS. Theolog. Doct. ejusdemqve Profess. Publ. Ordin., instante novo hoc curriculo, auxiliante viresqve integras proporro largiente Deo T. O. M., Collegium *Dogmaticum* in Celeberr HEIDEGGERVM, modo ad finem perductum, denuo auspicabitur. Cui *Elencticum* in RIISSENIVM; nec non *Biblicum* in HEIDEGGERI Enchiridion, addet. Exercitia *repetitoria & disputatoria hebdomalia* qvoque continuabit. Adsit faveatque Deus sua gratia, suoqve auxilio, in omnibus!

IOANNES GVILIELMVS KRAFFT, SS. Theol. D. et P. P. O. per instantem hyemem; bono cum DEO, *Collegium didactico-elenchticum* in Cl. MELCHIORIS שרש דבר, quo duce hactenus usus est, de novo aperiet, in quo tum thesin veritatis, ab Auctore perpetuo nexu propositam, pluribus explicabit atque confirmabit, tum oppositos eidem errores Adversariorum curatius data opera confutabit. Addet *Collegium repetitorium*, in quo familiarius, per quaestiones et responsiones cum suaviss. DD. Auditoribus agens, veritates altius eorum animis imprimere saraget. In *Collegio Practico* in Cl. VAN TILL *methodum concionandi* denuo aperiendo veram rationem elaborandarum concionum instillabit atque Auctoris praecepta exemplis elucidabit; plura praestiturus, quando à molestis, quibus implicatur quotidie Prorector, negotiis liberatus sibique redditus fuerit.

HENRICVS OTTO DVYSING, SS. Theol. Prof. P. O. ad finem iam perducto Collegio Didactico, novo ineunte curriculo, si Deus benignissimus gratiam viresque largitus fuerit, eidem labori ad solitum rursus filum, qua hactenus hora X-XI. in usus commilitonum suorum vacare incipiet, atque veritates salutares ita elucidabit, ut distinctum quantum possit earundem conceptum suppeditet auditoribus suis. Superaddet hora II-III. Collegium Elenchticum et posteaquam istos recensuit errores, qui ad partem primam Libri secundi compendii Cel. MELCHIORIS referri poterant, ad posteriorem progredietur eiusque capita XIV. ultima pari ratione vindicabit. Si in caeteris praestantissimos Commilitones suos qua in re iuvare poterit, sua lubentissime in eorum commoda officia impendet.

Hora X-XI. II-III.

IOH. IOACH. SCHROEDERVS, SS. Th. Prof. extraord. DEO O. M. vires clementer conservante, ad arbitrium Doctissimorum Dom. Commilitonum Collegium exegeticum in Leviticum, vel didacticum in Systema quoddam Theologiae offert.

SCHO-

SCHOLAE IVRIDICAE.

IOANNES GEORGIVS ESTOR, Procancellarius, in ſcholis publicis diſputando ad ductum *ſpeciminis antiquitatum*, ſuauiſſimos exercebit Commilitones per inſtans ſemeſtre hibernum. In priuatis acroaſibus, DEO fauente, *ius publicum* docebit, hora X. principia *iurisprudentiae eccleſiaſticae* tradet, aut STRVVII *iurisprudentiam forenſem*, aut *iuris Germanici principia* exponet; hora denique XI. principia diſceptationum forenſium, vulgo proceſſum, illuſtrabit, & ſimul iurium candidatos in elaborandis iis, quae aduocatum in foro proponere oportet, & quae iudicem decernere decent, inſtruet. *Hora X. XI.*

AEMILIVS LVD. HOMBERGK zu Vach, Iur. Doct. et Prof. Ord. per inſtans curriculum in publicis lectionibus Hiſtoriam Iuris Ciuilis B. KOPPII illuſtrabit. Priuatim hora IX-X. & XI-XII. praeleget Ius Digeſtorum auctore HEINECCIO. Praeterea his, qui diſputando ingenii vires periclitari voluerint, operam ſuam non denegabit. *Hora IX-X. et XI-XII.*

D. LVDOVICVS MARTINVS KAHLE, publice *hiſtoriam legum Imperii Germanici*, vel introductionem in Corpus Iuris Publici a ſe editum, commilitonum generoſiſſimorum & nobiliſſimorum conſpectui eſt ſubiecturus; priuatim hora VIII-IX. illuſtris MOSERI *compendium Iuris Publici S. I. R. G.* explanabit; hora X-XI. ad b. HEINECCII *elementa Iuris Ciuilis*, *ſecundum ordinem Inſtitutionum* conſcripta, et obſeruationibus elegantiſſimis illuſtris Procancellarii ESTORIS adornata, denuo commentabitur. Nec deerit iis, qui ingenia vel examinando exercere cupiunt, vel diſputando. *Hora VIII-IX. X-XI.*

D. IOANNES IVLIVS SVRLAND, P. P. O. ſemeſtri hiberno B. HEINECCII *Ius Naturae* hora IX-X. Cl. NEDTELBLATTII *Syſtema Iurisprudentiae Univerſalis Poſitivae*, quo totius Iurisprudentiae *Curſus* inſtitutur hora X-XI. ambientibus offert. Paratum quoque ſe oſtendit, ſi quis ad elementa HEINECCII Inſtitutiones Iuſtinianeas ſeu ad ENGAVII *ductum Jus Criminale* addiſcere geſtiat. Hora XI-XII. et IV-V. *Hora IX. X. X-XI. XI-XII. IV-V.*

Ius Naturae aeque ac Ius Criminale diebus Lunae, Martis, Iouis, atque Veneris horis indicatis explicabit.

Praeter ea in tertiam Iurisprudentiae Nettelbladtianae partem, quae Praxin continet, *publicas* praelectiones inſtituet, nec minus, Commilitonibus Ornatiſſimis exercitationes *publicas* offert, quibus *in arte diſputatoria* exerceantur.

Practicas Lectiones diebus Martis atque Iouis hora III-IV. habebit. Diſputatorio quavis die Sabbathi praeſto erit. *Hora III-IV.*

ACROASES MEDICAE.

IVSTINVS GERHARDVS DVISING, Medicinae Doct. et Profeſſ. Facult. Medicae h. t. Decanus, DEO T. O. M. favente et clementer adiuvante, publice chymiam, privatim vero iurisprudentiam medicam et febrium cognitionem et curationem docebit.

PHIL. IAC. BORELLVS, Med. Doct. et Prof. Ord. publice ſectiones inſtituet atque demonſtrationes anatomicas, privatim operationum chirurgicarum chemicarumque encheireſes exhibebit, nec iis deerit qui regularum diaeteticarum expoſitionem deſideraverint.

INSTITVTIONES PHILOSOPHICAE.

IOH. IOACH. SCHROEDERVS, Lingg. Orientalium, et Antiqq. Hebraicarum atque Hiſt. Eccleſ. Profeſſor Ord. et Paedagogiarcha, in Hebraicis Ieſaiam Prophetam explicare continuabit, in Graecis Lucam Evangeliſtam abſolvet, et ad S. Iohannem progredietur; alternis vicibus Iſocratis Orationem ad Demonicum et Bionis Smyrnaei Idyllia ſubiunget, Antiquitates S. Hebraicas ad ductum Clariſſ. Ikenii exponet.

IO. CONR. SPANGENBERG, Mathem. Prof. Ord. *in Lectionibus publicis* ſex per ſeptimanam diebus *bora IX.* habendis Matheſin puram, praemiſſa Commentatione de Methodo mathematica, conſueta fidelitate per inſtans ſemeſtre denuo exponet: Matheſi pura autem ſolide inſtructis Adplicatae partes quascunque vel Analyſin pro eorum deſiderio aut privatim aut privatiſſime tradet: Privatiſſimas etiam praeteriti curriculi lectiones continuabit. *Hora IX.*

IOH. RVDOLPHVS ANTONIVS PIDERIT. *Jus Eccleſiaſticum univerſale* publice hora II. pom. interpretabitur, praeeunte Illuſt. DARIESIO *Iur. Nat.*
Hora III. *Sect. VII.* Ipſum *Naturae Ius* dicto Duce privatim tradet hora III. *Metaphyſicam*
VIII. et X. autem et *Logicam* hora VIII. et X. expoſiturus.

IVSTINVS GERHARDVS DVISING, Phyſices Profeſſor et Philoſophicae Facultatis h. t. Decanus, publice doctrinam de generatione hominis, privatim vero de aëre tradet.

CHRISTOPHORVS FRIDERICVS GEIGER, Conſil. Aul. Anhalt. Hi-
Hora VIII. ſtoriarum Profeſſor Publicus diebus Mercurii et Saturni hora VIII. favente DEO
IX. publice docebit *artem Heraldicam* praeeunte SCHMEIZELIO. Privatim hora IX. Hiſtoriam antiquam usque ad tempora Theodoſii Magni Autore CELLARIO tradet.
X. Hora X. interpretabitur primas lineas Notitiae Rerumpublicarum EVERARDI OTTONIS, quae S. R. I. Germanici Magnae, Britanniae, Galliae, Hiſpaniae, Luſitaniae, Belgii foederati ortum et progreſſum, finium et regionis naturam, civium mores et fortunas, rem eccleſiaſticam, adminiſtrationem ſummi imperii, rationem ſtatus quae dicitur intereſſe, regum ſingularia, titulos, inſignia inaugurationes, familias, miniſtros aulicos, palatia exercitus viros rerum geſtarum, et
XI. eruditionis laude conſpicuos continent. Hora XI. Hiſtoriam Regnorum ac Re-
II. rum publicarum Europae GEBAVERO Duce exponet. Hora II. pomeridiana explicabit Commentarium illuſtris Viri IOH. IACOBI MOSERI inſcriptum: **Nähere**
III. **Anzeige der Teutſchen Staatsſachen, welche in der Moſeriſchen Staats und Canzley Akademie erſten Claſſe abgehandelt werden.** Hora III. denique Hiſtoriae Imperii Romano Germanici ad ductum illuſtris SCHMAVSII vacabit.

IOH. NICOLAVS FVNCCIVS, Eloquentiae et Poeſeos Profeſſor P. O. Societatum Latinae Ienenſis et Teutonicae Goettingenſis Membrum honorarium, futuro ſemeſtri, D. V. publicis lectionibus, vt coepit, Orationes Ci-
Hora IX. ceronis explanare ſedulo perget. Priuatis, ſecundum praecepta Celeb. FVNCCII,
XI. P. R. ſtili Latini exercitationes inſtituet, alternisque vicibus Ciceronis epiſtolas ad diuerſos explicabit, et ad imitationem proponet. Vt etiam alteri Profeſ-
IX. ſioni ſuae conſulat, Mercurii et Saturni diebus, Carmina Horatii Lyrica interpretabitur ac Parodias delineabit, vt ad normas earum artis poeticae Studioſi ſuas inſtituant imitationes, nobisque exhibeant: nec ſui muneris quicquam omittet, quo Auditorum ſuorum profectus et commoda promoueri poſſe intelliget.

IAC. ANDR. PORTE, Paſt. et Eloquentiae Gallicae Profeſſor, Collegia deſiderantibus, quoad poterit, obſecundabit.